



~~CH.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

W-27

SIGNAT. ~~1515 CCCXIII.~~

St. Michael Aled

D. O. M. A. A.

Problema.

VTRVM PONTI
FEX ROMANVS SIT

Antichristus?

Moderatore

REVERENDO ET CLA-

RISSIMO VIRO DN. IOHANNE GEOR-
GIO VOLCKMARC, SS. Theologiae Doctore & Pro-
fessore in Academia VVitebergen,
si publico

Contrà artificiosorum & Iesuitas

Ad disputationem XVII in Collegio studiosorum
Theologiae privato, die 21. Februarij
habendam propositum

ā

M. ENGELBERTO ENGEL. Marcodurano.

Respondente

JOHANNES CHRISTIANO Spendorpio Dane.

VVITEBERGAE

Typis VVolffgangi Meissneri, 1596.

REVERENDIS,
PIETATE ET ERUDI-
tione præstantibus viris,

Dn. Iohanni Engeli s Charissimo & maximè
honorando Parenti; &

Dn. Nicolao VVerichio optimo fautori,
Fidelissimis Ecclesiæ Aquisgranensis, quæ primam &
incorruptam Augustanam confessionem, vt
verbo Dei consentaneam, ample-
ctitur, ministris : nec
non

SINGVLARI PIETATE, RARA-
humanitate, rerum usu, prudentia & libera-
litate ornatissimo viro,

Dn. Petro Rvlando Promptissimo Mecœnati,
Hoc studij Theologici exercitium, pietatis, obser-
vantiae, gratitudinis e. D. G.

M. ENGELBERTVS ENGELES



THESES
DE ANTICHRISTO:
UTRUM SIT PAPA
Romanus.

I.



¶ m itaq̄ proximē ex immotis Sacrae Scripturae ^{αφοριστ} fundamentis demonstratum sit, Ecclesiæ admis-
trationem in hisce terris non esse Monarchi-
am; Nunc quid de eo, qui pro eius imperatore
se venditat, sentiendum, ut dissipiamus sequi-
tur.

2 Idq̄ eò magis, quō, si is, qui Christi gre-
gens pascit, nutrit, tuetur, & juxta Dei manu-
data gubernat, ad sandalia eius deosculanda humi nos prosternamus;
sin vero, cuius peccata in cœlum usq; per venerunt, examineamus de illo,
suas Angelis, ne participes fiamus delictorum ejus, & de plagiis c. Apoc. 18.
Ius ne accipiamus.

3 Maxime vero, cum certissimē non sit futurus nouissimus
dies, asseuerantibus id ipsomet Salvatorem nostro et Apostolo Paulo, Matth. 24.
nisi prius defectio, & quidem tanta, ut, si possibile, etiam in erro-
rem inducantur electi, ut cognoscamus unde hæc, & quis perditionis
illius filius, quō vitare ipsum, & in poculo, quo miscuit, duplum ipse
miscere quaemus.

4 Pontificij, quō suum ovoꝝ adiūtū a suspicione Antichristianismi li-
berent, atq; regnum ejus sartum testum, si dis placet, tueantur.
Varia partim in ipsorummet cerebro comminiscuntur, partim hinc
inde ex patribus congerunt, eaq; tam prodigiosa quam absurdā.

5 Prae ceteris autem Bellarminus hanc controversiam ex pro- ^{αφαιρεσις}
fesso tractat per integrum librum 3. de Pontifice Romano, vbi con- ^{δώ μη γάτσα}
tendit, & ex locis quibusdam Scripturæ nimis κατὰ γέντος & male ^{μένωρ.}
intellectis, contortis aliò, demonstrare, & quidem aū oculum, cona-
tur, Antichristi individualum quoddam singulare & hominem numero
unum futurum: ipsum vocatum iri proprio nomine cuius literæ in
numeris resolutæ 666 confiant, habiturum characterem quendam

externum, et in oculos incurrentem, eoque suos notaturum, vel in manus dextra vel in frontibus: Iudeum futurum, & a Iudeis pro Messia iri receptum: sedem suam Hierosolymis collocaturum: ignem de celo descendere facturum: seipsum resuscitaturum a mortuis: uniussum terrarum orbem debellaturum, & suo subacturum imperio.

6 Hisce vero, et eius generis deliramentis alijs, cum in Papam Romanum terqueri nequeant, opinatur Jesuita satis evidenter se demonstrasse, & quos vocat hæreticis sufficienter probasse, Non solum Papam non esse Antichristum, sed ne hunc quidem venisse.

7 Verum ille τῷ ἐπίκτητος & se fallit, & alios. Et post In Matt: c.23. sunt ipsius argumenta, quia de scriptura autoritatem non habent, eadem, ut cum Hieronymo loquar, facilitate contemni, qua probari.

8 Patres equidem, quia ipsorum tempore Antichristus nondum reuelatus, sed hypocrites integumentis involutus adhuc mysterium agebat, quod minus commodè hac de re sunt locuti, quis non excusandos putet?

9 Papistæ vero quia ab euentu prædictionum propheticarum illustissimo, vel propter cervicis duriciem, vel propter contemptum Dei, vel deniq; ob impurissimum, quo fascinati, Babylonici scorti amorem, doceri nolunt, merito vituperandi sunt, execrandi, fugiendi.

10 Qued si per certum hominem unum eodem tempore individuum notant, non refragor. Nam & hoc modo Pontifex unus solummodo est, parem siquidem non tolerat, superiorem non fert.

11 Quia item Irenæus non procul absuit ab Authore Apocalypses. utpote Polycarpi obsequentiissimus discipulus, ex cuius ore pleraque mysteria discere potuit, admodum placet conjectura eius de Antichristi nomine, quod λατενος futurum prædictum.

12 Et verisimile est, cum Latio proximus fuerit: Episcopus enim Lugduni vixit, perspicua quedam signa Antichristum percurrentia in ἐκκλησιᾳ ταλαιπωριῶν ab ipso fuisse animadversa, indeq; conjecturam Euentu comprobata emanasse.

13 Sed nos hac vice non laborabimus circa questiones curiosas magis quam utiles, solum subtractionis ἐξέτασι vocabimus & παχυτέρως inquiremus.

14 Quis sit Antichristus? & quidem: Vtrum Papa, siue Pontifex Romanus?

15 Cum

Int̄p̄l̄t̄
Endeſt̄
γ̄μ̄ν̄

15 Cum Papam dicimus, aut Pontificem, nequaquam intelligimus Episcopos pios, fideles, sacrarum literarum & gregis sui studiosos, sedulos, bonos.

16 Quales sine dubio plures fuerunt Romæ tum, cum Satanæ. Rom. I. Pestilentiae suæ cathedram inter Romanos nondum collocasset: sed vocati erant Iesu Christi, & electi Dei, eorumq; fides annunciatatur in vniuerso Mundo.

17 Sed Praesules illos summos, gemmis radiantibus & auro, qui exosastia à Christo, & secessione ad Diabolum facta, Romæ hominum fidei pariter & saluti dominantur: & ibidem ex Cardinalibus, Episcopis, Abbatibus, Monachis &c. instar terreni alicuius Monarchæ, præ mera regnandi libidine dominatum sibi constituerunt, eumq; & excommunicationis fulmine, & indulgentiarum nundinatione plane diabolica muniuerunt, roborârunt.

18 Nomen Antichristi ἡ τὸ θεοπλύτιον significat, qui Christo doctrina vel vita, alio modo aduersatur, ut Ethnici, Mahometisti, Epicuræi, hæretici. Sie usurpatur à Iohanne σκηνοῖσι. 8. Can. Cap. 2. v. 18.

19 Ab hac tamen generaliori significatione in specie transfertur ad Antithustum illum magnum, qui passim in sacris literis describitur, cuius opera diabolus posterioribus temporibus in oppugnando Christi regno & seducendis hominibus erat usurpus. ita vero in hac vñstñtgi eo nos utimur.

20 Eum vero sine omni circuitione Papam Romanum esse intrepide & οὐ ποτέ μός τος & confidenter pronunciamus: neq; id solum, verum etiam rationibus ζητήματος. omni exceptione maioribus probabimus.

21 Ac principaliter hoc syllogismo αποδεικίω, quem neq; Vassallus Papa, neque feudi dominus Satan, in omnem aeternitatem κατασκευή soluet. Cuicunq; conuenit definitio, eidem quoq; definitum conuenire necesse est. Definitio Antichristi conuenit Papæ Romano. E. et ipsum definitum, et est Antichristus.

22 Maiorem pueri agnoscurit: Veritas minoris ex descriptione Antichristi, & Papæ notitia elucescit. en igitur quibus illum scriptura depingat coloribus.

23 Antichristus est Tyrannus ille à Diabolo excitatus, vt in templo Dei sedens, & quidem Romæ, pro Ecclesia capite se gerat, Magistratum politicum præ se contemnat, sub vicariatus Christi prætex-

tu mille simulationum artificijs veram salvificamq; Salvatoris nostri doctrinam pro libitu impie spernat, nefarie immutet, diabolice depravet atq; reijciat, sua vero propria somnia substituat, Ecclesiam vera quoq; modo affligat, falsam dolo & vi erigit, sicq; se Deo fere nullibi non opponat, & supra omne quod Numen dicitur, efficerat, usq; dum reuelatus, gladio Spiritus convictus & confessus, in glorioissimo Christi adventu cum execrabilis ac abominabili caterva sua aternum gehennæ adiudicetur.

24 Videamus an hæc omnia & singula de Papa dici possint. Ac primum quod sit ex patre diabolo, ab eoq; & vocatus, & bestiæ se, pticipi a decicorni impositus, tunc erit certissimum, cum irrefragabiliter evictum, reliqua tegi pœnas membra illi convenire tam vere, quam quod verissime quod porro avid' pati in & ex sequentibus.

Locus I.

Deut. II. v. ult. 25 Et plantabit tabernacula palati sui inter maria ad montem z. Thes. 2. v. 4 præstantem sanctum, & sedet in templo Dei, nec non Mulier sedet Apoc. 17. v. 3. super bestiam habentem capita septem, & cornua decem. Est autem Mulier civitas magna quæ habet regnum super terræ reges, & Capita sunt septem montes, &c.

26 In hisce locis de filio perditionis agi utrinq; extra controversiam esse existimo: clara enim sunt, & perspicua adn odum, & inter se collata sedem, vel ut Daniel vocat, palatum Antichristi dito nobis commonstrant.

27 Hoc autem nos probi habere cognitum eò prodest, ne vel in utopia Antichristum queramus, vel Antichristū Vtopicum expellemus.

28 Etsi autem loci notatio apud Danielem bimari Corinþo posse accommodari, & Theodosia, & alijs: quia iamen Apostolus Paulus ipsum in domo Dei, & Daniel super montem sanctum, b. e. in Ecclesia collocat, non est quod circumspiciamus in Asia vel Africa, alijsve locis à tyrannide Mahometica & ijs qui extra Ecclesiam sunt occupatis, sed in Europa, quæ sola Dei misericordia liberum adhuc Christianis præbet hospitium.

29 Et hic quidem vrbs vel ciuitas Magna quæ caput Imperij sit & septem superstructa collibus, est omnino nulla præter solam ROMAM, spiritualem illam Sodamam & Egyptum, dæmonium factam habitacionem, & custodiām Spiritus innundati.

30. Hinc

30 Hinc ita argumentamur. Vbi cunque Dei Spiritus predixit Antichristum blasphemiae & impietatis sua virus effusarum, suaq; tyrannidis sedem collocaturum, Inde nobis ab ipso caevaramus, nequaquam vero aliunde, ut vel Hierosolymis, vel Babylone, vel ex montibus Caspijs. Spiritus sanctus predixit Antichristum Rome. Gc. E.

31 Maior est sufficientis Evidentiae: Spiritus sancti minor est. Habemus ergo locum. Videamus porro an qui ipsum hoc tempore occupat, sit ille peccati homo.

Locus II.

32 Faciet iuxta voluntatem suam Rex. Dan. 11. v. 26. Qui- Matt. 20^va
cunq; volnerit inter vos magnus fieri, sic uester minister, & qui vo. 25,26.
luerit inter vos primus esse, sit uester seruus.

33 Omnia subjecit (pater gloriae) sub pedes illius [Christi,] &
eum dedit super omnia caput ipsi Ecclesia, quae est corpus illius, com- Eph. 1. v. 22.
plementum eius, quia omnia in omnibus adimpler. Christus est ca-
put corporis Ecclesie, Eph. 4. v. 15. & 5. v. 23. Col. 1. v. 18. Mul-
ti vnumsumus in Christo, Rom. 12. v. 5. 1. Cor. 12. v. 12. & 27.

34 Ex allegatis in hunc modum ratiocinamur, & quidem ex
Epistolis Paulinis à contrario. Quicunq; proprio insinatu, & factu
prorsus Luciferiano contra expressum Dei verbum non solum super
Episcopos, Doctores, Pastores, &c. se eleuat, sed ipsam etiam Eccle-
siam proprio capite, videlicet Christo, quantum penesse, privat, id
est ipissimus Antichristus. Papa Romanus effert se, &c. E.

35 Qui ex Daniele didicerit Antichristum omnia ex animi sui
sententia nullo cum p̄is communicato consilio facturum, ipsum item
maximū visibilis Ecclesia Monarcham futurū Christo auctrice, nevōp;
nei non vtrumq; subiecti membrum illi solum conuenire, is nullo
modo de veritate maioris dubitabit.

36 Minorem quod attinet, quem quās Papa, dum se supra alios
omnes in negotio salutis, fidei atq; religionis extollit, in consilium adhi-
bet? non certe Deum, non Christū Salvatorem nostrum, is enim Matth.
20. v. 25. ταῖς ψυχαῖς reclamat: non etiam aliquem ex ortodoxis
& melioris notæ patribus.

37 Quid? quod Gregorius Magnus, & ipse Pontifex illum An. Lib. 6. Ep. 194
christi præcursem fore predixit, qui titulum universalis Episco-
piesset usurpatus.

38 Con-

38 Concilium ad h.ec Carthaginense V. i. cui D. Augustinus inter-
fuit, cum Papa ab illo per legatos super Africanas Ecclesias iuris-
dictionem, utpote, Nicæna Synodo ita decernente, sibi debitam, pe-
teret, petitione Antichristianam penitus negavit: Cùm quod fasi cri-
men à Papa commissum tūm, vel maxime, quod Christus sua gratia at-
que Spiritu Ecclesijs Africanijs, etiam singulis, non minus quam Ro-
mane adesse, & posse & velit.

39 Præterea Papam se pro Ecclesiæ capite gerere, proq. eo ut
ab omnibus habeatur sub excommunicationis pæna mandare, præ-
cipere, contendere, nemini ignotum.

40 In eo vero quam se iste peccati homo predit? Cum enim Ec-
clesia nunquam, nisi monstrum, biceps futura, certissime sequitur
quod Salvatorem pro capite minus sano, in congruo, supervacaneo
habeat: ideoq. resecet, se inserat.

41 Minime vero, obgannient fortasse Iesuitæ, ut primarium caput
aut proprium, at ut vicarium.

42 Bella mehercule responso & Iesuitis digna. Ergo Christus
qui cœlum & terram implet, abest à sua Ecclesia contrà quam pro-
miserat: Vbi duo aut tres, &c. Ergo qui in cœlo & terra omnem
obtinet potestatem, necesse habet, ut sibi substituatur, ut adiungatur
Papa, qui quod non possit ipse, is in regimine Ecclesiastico & poli-
tico administret, exequatur. Atqui hoc ipsum asserere, blasphemia
quoque Antichristiana est, fulmine cœlesti & infernali flamma vindic-
anda.

Locus III.

D. Pet. I, 10.

Dan. 11, 36.
Apoc. 13, 11.

43 Novit Dominus in diem iudicii puniendos ser-
vare illos, qui carnē sequentes in concupiscentia pol-
lutionis ambulant, ac dominationem contemnunt, au-
daces, præfracti, qui gloria præcellentes non verentur
conuicijs incessere.

Rex eleuabitur & magnificabitur aduersus o-
mnem Deum. Et vidi, inquit Apostolus aliam besti-
am ascendentem de terra, & habentem cornua duo
similia agni.

44 Sensus verborum Danielis est, quod Antichristus ex tege-
tisq. & innata superbia seipsum sua opinione sit elatus, de se
cccc.

ampliora quam omnibus alijs , fortitudine alioquin & prudentia,
quares Politicas administrare, & alijs præesse queant, a Deo dona-
tis, sensurus, atque hoc modo nullum non imperatorem, regem, amorem
contemptui habiturus, despeturus.

45 Sua opinione inquam, neq; enim cum Daniel in Hithpaell lo-
loquatur יְהוָה נָאצֶר, necesse est, ut cum Pontificijs Anti-
christo nimium fauentes, & sine fine aliena tribuentes, statuamus,
ipsum Monarcham futurum, qui suo imperio ὄντως sit subiecturus
universum terrarum orbem.

46 Neque quod ijdem per פָּלָאֵל gentium idola intelligimus,
sed magistratum præcipue Christianum, qui Dei minister est &c. Rom. 13. 40
qui præterquam quod pacem atq; concordiam conseruare, religio-
nem quoque amplecti, transplantare, promouere: idolatriam con-
tra extirpare, eradicare, Ecclesiarum & Scholarum nutritium esse
atque tutorem ex Dei præscripto debet.

47 Quanquam autem אֵל ut etiam אלָהִים & quidem sapientia
Deos notat, tam fallit quam verum: hoc tamen loco pro quo quis for-
ti vel cordato, nam eum propriè significat: vel pro eo potius, qui ut
bellica ita togata fortitudine præditus esse debet, accipio h. e. pro
magistratu.

48 Idq; ideo quia in altera significatione immediate sequitur
quando אֵל dicit, suo fortem fortium, vel fortissimum, id
est, Dcum.

49 Cum enim certissimum sit Antichristum in templo Dei sessu-
rum, in eoque unus solummodo Deus, non possumus multitudinem
Deorum, aut idola intelligere, nisi simul extra ecclesiam Antichri-
stum collocemus.

50 Non etiam sanctos demortuos, hos enim innocat, horum in
suis preciosis, cantilenis, hymnis, crebriorem, quam ipsius Dei viui,
facit mentionem.

51 Hoc modo intelligo, & Danielis interpretem Apostolum Paulum, Thes. 2. 4.
cum dicit, ἐπεριέται ἐπὶ τέρα λεγόμενον δέοντα.

52 Dicuntur autem in scripturae Dei Magistratus Psal 82. v. 1.
Ioh. 10. 34. Angeli item Psal. 89. 7. et Moses Pharaonis Deus
constitutus est: & ipse Diabolus huius mundi Deus vocatur, 2. Cor.
4. 4. Exod. 22. § 28. & 26. 6. pro אֱלֹהִים targum habet קָנַנָּא
ēdices.

53 Verba Matthei ut & Petri clarissima sunt, & nulla decla-
Dan. illuvit ratione egent.

54 Duo agni cornua in Apocalypsi duplex Antichristi regimeno-
rant Seculare & Ecclesiasticum, quod ipsum & in voce רָאשׁוֹן vel
רְאַמְנָן apud Danielm insinuatur, dum inquit. Et figet tabernacu-
la Appadno.

55 Syllogismum ex dictis proponimus talem: Omnis Episcopus
qui secularibus se immiscet negotiis nihil plane ad Ecclesiam perti-
nentibus, & vtrumq; affectat gladium, nec non Magistratum politi-
cum prese contemnit, αλλοτριοεπικονωπός est, & Antichristus il-
le. Papa Rom. &c. E.

56 Maior ex precedentibus patet: minor est nimium vera, &
ipsam pro viribus defendit Bellarminus.

57 In eo vero quod dicit, Papam potestatem habere temporalem
non quidem directe, sed indirecte, nihil dicit.

58 Si enim indirecte, projecto prouinciae & ciuitates Papali so-
lummodo iurisdictioni subditae, non directe sub potestate erunt. At qui
hoc etiam est Antichristianum. Christus enim, testante id per Aposto-
lum spiritu sancto, omnem omnino animam potestati subiectam esse
vult, & quidem directe.

59 Praeterquam autem quod praesul Romanus Politicorum ie-
risdictiones quoq; modo inuadit, certissimum etiam est neq; hos ab il-
lo debito dignari honore, ex eo quod קֶרְצּוֹן imperia, regna, princi-
patus de hoc transfert in alium, quod Augustissimis ubiq; a dextris
sedeat, ijsq; sapientia non secus, ac inferioris conditionis famulis fuerit
vfas. quid? quod & Heroem omnium praestantissimum Fridericum
Barbarosam contumeliosissime pedibus concalcauerit: Et deniq; quod,
ut sanctior omnibus, nempe vicarius Christi (scilicet, quasi vero Christus
in hysce terris Politice ordinationi se non submiserit) nulli vult
esse subiectus.

Locus IIII.

Cum meretrice magna, quæ sedet super aquas mul-
tas, sortati sunt reges terræ, &c.

60 Apoc. 17. v. 12
Jer. 2.
Ezech. 16. 32
23.
Oke 10.

61 Ut apud Prophetas vocabulum צִדְקָה sine scortationis se-
p̄ spiritualiter usurpatur de Idolatria, sic apud Iohannem hoc
loc⁹ πορνείας.

62. Vulg

62 Vult enim quod Antichristus variam atq; multiplicem idolomania orbi Christiano sit obtrusurus; præsertim vero Deum [missam] cultus admodum religioso prosecuturus, quod in specie de Dan. 11, 25 ipso affirmat Propheta Daniel.

63 Adhac, præterquam quod omnis generis è ñeλo ñgħornejja exstra & præter Dei verbum in Ecclesiam inueturus erat, electum Dei organum Apostolus Paulus duos crassissimos errores nat' c'fđip cum Christi doctrina pugnantes, ei ascribit; inquiens: spiritus cœito loquitur, quod i posterioribus temporibus descendent quidam à fide &c. t. Tim. 4, v. 1. prohibentes contrahere matrimonium, iubentes abstinere a cibis, quos &c.

64 Daniel quoq; de Antichristo vaticinatus est, quod super amore, [casto, coniugali] mulierum לא יבְרִית non si intellexurus id est, coniugium non curaturus.

65 Ex hisce & eius generis similibus locis neitħieg op nobis resultat eius quod quærimus omnium certissimum, à doctrina Antichristiana petitum, nempe hoc: Si Pontifex Romanus sub ementito titulo, & falsa sanctimoniae pietatis ve specie, pro sua authoritate idolatriam in templum Dei inuexit, si Deū Maoz colit, si è ñeλo ñgħix constituit, si deniq; doctrinam Dei verbo dīx xoxw contrariam fabricauit, & perditionis filius & homo ille peccati. At prius verum, E. & posterius.

66 Connexio antecedentis satis est evidens. Scriptura enim nulli unquam tribuit originem tam horrendæ depravationis articulorum fidei, et idolomania in Dei templo tam altas acturæ radices, nisi uni Antichristo.

67 Quod ad veritatem consequentis, et si palliare nullo non modo pontificij abominabiles errores suos studeant & in defesse querant folia ficus, quibus Adamatæ pudenda tegant, ita tamen manifestum est, ut vel primis solummodo orthodoxæ fidei rudimentis iniciato, innescat, meram esse & puram putam idolatriam, adorare matrem Dei & eisdem: invocare defunctos sanctos & cœlorum angelos: imagines, sculptilia, simulachra deuote & religiose contare.

68 Idolomania certe est plus quam Ethnica panis bucellam Pontificios cultu plane diuino prosequi, ut temporalem inde & aeternam salutem nanciscantur.

69 Hunc impanatum Deum Prophet a Daniel vocat רָאשׁ־מַעֲנָה id est, Deum fortitudinum vel munitionum, ideo, ut cum Rabbinis existimo, quod regi (Antichristo) fortitudinem esset datus, eiusque regnum corroboraturus.

70 Euentu certe constat, potiorem totius regni Papistici neronium Missam fuisse, & cuius potissimum causa haec celebratur, de purgatorio fabulam.

71 Doctrina, quibus Papa Christo se opponit, plures sunt, inter quas & microscopia, & prohibitio ciborum, quod perulgatisimum.

Locus V.

72 Et bestia quae ascendit de Abysso, faciet adversos eos (duos Dei testes) bellum, & vincet illos, & occidet illos &c. Et introibit rex in terram gloriosam & multi corruent. Et Veniet in multitudine magna, ut conterat, & interficiat plurimos.

73 Danielam applicare typum ad antitypum, spiritualem illam tempestatem sub dominatu Antichristi Ecclesiam inuasuram, ut & Salvatorem apud Mattb. cap. 24, v. 21. manifestum est ex v. 1. cap. 12.

74 Argumentum quod hinc eruimus, hoc est, Quicunque in Ecclesia Dei sedet tanquam summus Episcopus, & tam in animas hominum, quam corpora vere fidelium tyrannice facit: vel, quod idem, Omnis qui Ecclesiam in eas angustias, de quibus Propheta vaticinari sunt, rededit, est Antichristus, ο της απωλειας θοε. Pontifex Romanus &c. E.

75 Pro declaratione minoris [nam maior ex citatis perspicua est] sciendum, bellum Antichi isti non tam externum, quam spirituale, atque permicosius futurum. Id vero Papa tam fortiter gesit, ut ante centum annos tocum fere Christianum orbem eo vastaverit & in suam redeggerit potestatem.

76 Quem porro latet Papam summe immanem in sanctorum corpora exercuisse tyrannidem? nonne omnes qui characterem beatis non acceperant, non solum non permisum emere, vendere, & politicare

Apoc. 11, 7.

Dan. 11, v. 41.
& 41.

liticam inter suos agere vitam: sed etiam remouit, alios crucidando,
alios comburendo, alios alio mortis genere ē medio tollendo.

77 Corpora etiam demortuorum & in Domino dormientium ef-
fodit, & vel Vulcano vel Neptune tradidit, solum quod veritatis fu-
erant assertores, eamue amplexi.

Locus V I.

78 Surgunt pseudoChristi & pseudoprophetae, &^{Matt. 24, 24.}
dabunt signa &c.

Cuius est aduentus secundum operationem Sata-^{2. Thes. 2, 9.}
næ &c.

Et bestia bicornis seducit habitantes in terra, &c.^{Aboc. 13, 14.}

Et multiplicabit gloriam, & dabit eis potesta-^{Dan. 11, 39.}
tem in multis, &c.

79 Ex his locis, quæ media describunt, quibus Antichristus re-
gnum suum inuasurus & confirmatur, hoc modo argumentamur:
Si Papa eo modo sibi dominatum constituet, suamq; doctrinam pro-
bavit, quo Antichristus, non est aliud quam is ipse. Ratio consequen-
tie, quia ei soli conuenit. At Papa Rom. &c. E.

80 Si quis de Pontificiorum miraculis, quibus nunquam doctri-
nam suam confirmare erubuerunt, dubitat, Lugendas ipsorum legat:
si quis de prodigalitate, qua plurimi etiam hoc die irretiti detinen-
tur, Cardinales, Episcopos, Iesuitas &c. consulat: Omnes vero o-
mniuum temporum historias, si de tyrannide.

81 Bone Deus quantā etiam ἔγνωσθε, quanta in Tapatu Εὐοτη-
σοιος externa species, præsertim in celebratione theatrica Missæ?

82 Quia item opera sub meritu & satisfactionis specie à Christi vi-
cario & successore Petri excoxitata, & obtrusa, præstitu facilitiora
sunt, quam interna cordis & contritio & pœnitentia, in super &
in Christum vera fides & certa de immensa Dei misericordia, mirum
quam ijs homines capti, fascinati, perditii: mirum quam regnum pa-
pale auctum, roboratum.

Locus VII.

83 Rex adversus Deum deorum loquetur mirabilia.^{Dan. 11, 35.}

Aduersarius ille effert se adversus omnē, qui dicitur^{2. Thes. 2, 4.}
Deus aut N U M E N, οὐδέπομα, adeo ut &c.^{1. Ioh. 2, 22.}

B 3

Quis

Quis est mendax, nisi is qui negat Iesum esse Christum? Hic est Antichristus, qui negat Patrem & filium.

84. Huic ita: Quicunque non quidem verbis, sed re ipsa atque facto Iesum negat esse Christum, & sedens in templo Dei tanquam Deus supra omnipotentem Deum se effert, id est Antichristus. Papa Romanus non certe verbis, sed, quod longe atrocius & execrabilis est, in Dan lius ipso facto, &c. E.

lib. 14. p. 696 85. Maiorem veram esse Iesuitae sacrae scripturae & doctrinae con-

Bell. lib. 3. de uicti, nobiscum affirmant.

Rom. pont.

c. 40

86. Nos vero & minorem euentu rei illustrissimo edoceti veris-

simam esse scimus.

87. Prius eius membrum aduersariis probamus hoc modo: O-

mnis qui negat causam appellationis, vel rem nomine significatam,

is nolens volens necesse habet ipsam quoque appellationem negare.

88. Pontifex Rom. negat Christum esse χριστόν siue Χριστόν,

hoc est, uictum illum pra suis consortibus oleo latitiae, ex cuius soli-

us plenitudine omnes fideles accipiunt & gratiam progratia.

Psal. 45, 3.

johan. 1, 16.

Matt. 2, 23.

89. Negat etiam Iesum esse υἱόν: qui solus esset populum su-

um a peccatis suis saluum facturus.

90. Illud verum est, quia Christum Sacerdotio & regno (unde propriè uictus dicitur) pellit, dum & se suosq; Pseudoapostolos magis, quam filium Dei vult audiri, & pro Christo alios mediatores, & infinitos sacrificulos substituit.

91. Hoc itidem, quia remissionem peccatorum adeoq; aeternam beatitudinem non tam Christi merito quam bonis operibus, & mil-

lioribus traditionibus humanis tribuit, & acceptam fert.

92. Cum itaque neget Christum esse Christum, & Iesum esse Ieo-

sum, utiq; negabit Iesum esse Christum, & contra. E. Pontifex Rom.

est Antichristus.

93. Assumpti membro posteriori fidem sufficientem conciliat ar-

gumentum hoc: Quicunq; Dei verbo se præfert, is ipsi Deo se præfe-

rat necessum est. Papa se præfert verbo Dei: E. ipsi Deo Papa se

præfert.

94. Maior est satis evidens. Minorem Canonistæ probant, dum di-

cunt Papam posse contra Epistolas Pauli statuere, & dictis Apostoli

derogare: Papa maiorem esse autoritatem, quam scriptura.


95. Quod

96 Quod Papa etiam facile palam declarat, dum formam Sa-
cramentorum a Christo institutam nequiter mutat, & sua edita
& interdicta supra præcepta Decalogi extollit, & eorum violatio-
nem magis ac grauius, quam transgressionem præceptorum Dei pe-
nit.

Et hæc hactenus. Ex quibus opinor manifestum est, Papam Ro-
manum esse Antichristum, ac in eius uerop illum ministerio D. Lutheri,
Dei gratia, nostro seculo reuelatum filium perditionis, & peccati ho-
minum, & aperiebat dignebit.

ἘΦ Χριστῷ δόξα, τῷ δὲ ἀντίχριστῷ ἀνάτολα.





Thes de anima statu post mortem.

Thes de Ecclesia triumphantib.

De sanctis religio et inservit eius cultus catervis et spectantibus.
Item: Theol: de sacramentis in gre.

De notitiis Dei et voluntatis ipsius humanis ac non insitis et disciplinatis expositis, D. Hofmanni.

Thes: de justificatione hominis peccatoris coram Deo D. RUGII.

~~Thes:~~ Prop: de justificatione gratia facianos sibi Ferinarii.

Assert: Theol: De justificatione hominis coram Deo, Polyc: LYSERI.

Prop: repetentes summa tra de justitia fidei et boni opib, M. Fleischer, M. Bergii

De Ecclesia triumphantib in caelis disputationes 2, quae una de sanctis in vita altera
in beatitudine agit M. Volekneri, altera de sanctis cultu agit M. Gameri.

Disp: de Providentia dei Wolfi.

Disp: 1. de Turca ex c. 38 & 39 Ezech: in quibus explicant isti 3.

1. qd sit gog Magog, Vital, Muscovia 2. qd p. rei vocab: Turca significat
3. qd Turca sunt flagella quo Deus castigat Ecclesiam. D. Salomon GESNERI.

Disp: altera de Turca, qd c. 38 & 39 Ezech: tota in refutando dicitur cap: profeta, qd GESNERI.

Disp: 2. de Turca, in qua tractat 1. de tempore ultima insruptionis Turcorum in Ecclesiam. 2. de populo ad
locum ubi ista essent. 3. Quas ob causas Turca Christianis iniuriant. 4. Causatione fit expi-
natur. 5. Quo pacto et qd armis tandem Mahometistarum fidei sunt delendi, qd GESNERI.

Propos: de Ecclesia HURNII.

Thes: de Predestinatione D. FREDERI.

Thes: de reali communione idiomatum ac non personale tri, M. Berndes.

Thes: de Baptismo capite papie D. RUGII.

Thes: de Sacramentis in gre GESNERI.

Item: Theologia de reali corporis Christi in cena mandatione & dictibus sacrificiis D. GESNERI.

Item: Theol: de communione idiomata reali testuum grisei D. GESNERI.



Farbkarte #13

B.I.G.



D. O. M. A. A.

Problema.

VTRVM PONTI

FEX ROMANVS SIT

Anachristus?

Moderatore

REVERENDO ET CLA-

RISSIMO VIRO DN. IOHANNE GEOR-
GIO VOLCKMARO, S.S. Theologiae Doctore & Pro-
fessore in Academia VVitebergen-
si publico

Contrà àrtigsoñpudaxqes Iesuitas

Ad disputationem X VII in Collegio studiosorum
Theologiae privato, die 21. Februarij
habendam' propositum

á

M. ENGELBERTO ENGELES Marcodurano.

Respondente

JOHANNES CHRISTIANO Spendorpio Dano.

VVITEBERGAE

Typis VVolfgangi Meissneri, 1596.